Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Item cuius supra de ascensione

urn:nbn:de:bsz:31-6697

Visual Library

ITEM CUIUS SUPRA DE ASCENSIONE

SACRAMENTUM dilectissimi salutis nrae · quam pretio sanguinis sui uniuersitatis conditor aestimauit · a die corporalis ortus usq· ad exitu passionis · per dispensationem humilitatis impletū ·

Et licet multa etiam in forma serui diuinitatis signa radiauerint · propriae tamen illius temporis actio · ad demonstrandam suscepti hominis pertinuit ueritatem · Post passionē uero · ruptis mortis uinculis · quae eum suam in eum qui peccati erat nescius incedendo perdiderat · infirmitas in uirtutem · mortalitas in aeternitatem · Contumelia transiuit in gloriam · Quam dns ihc xpc in multis manifestisq· documentis multorum declarauit aspectui · donec triumphum uictoriae quę reportarat a mortuis inferret & caelis · Sicut ergo in sollemnitate paschali · resurrectio nobis dni fuit causa laetandi · ita ascensio eius in caelum · praesentium nobis est materia gaudiorum · Recolentibus illū diem · et rite uenerantibus · quo natura nrae humilitatis in xpo supra omnem caeli militiam · supra oms

ordineſ angelorum et ul
tra cunctarum altitudi
nem poteſtatum ad dī pa
triſ eſt prouectuſ conſeſſu·
Quo ordine operum diui
norum noſ fundati noſ
aedificati ſumuſ· ut mira
bilior fieret gratia dī··
cum remotiſ a conſpectu
hominum quae merito
reuerentiam ſui ſentieban
tur indicere· fideſ non diffi
deret· ſpeſ non fluctuaret·
caritaſ non teperet·
Magnarum enim hic uigor
mentium· et ualde fideliū
eſt hoc lumen animorum·
incunctanter credere quę
corporeo non uidentur in
tuitu· et ibi figere deſideri
um· quo nequeaſ inferre
conſpectum· Haec autē
pietaſ unde innriſ cordib·
naſceretur· aut quomodo
quiſquam iuſtificaretur p
fidem: ſi in hiſ tantum ſaluſ
nrā conſiſteret· quae obtu
tibuſ ſubiacerent· Unde
et illi uiro qui de reſurrecti
one xpi uidebatur ambige
re niſi in ipſiuſ carne ueſti
gia paſſioniſ et uiſu explo
raſſet & tactu· Quia uidiſti
me inquit dnſ credidiſti·
beati qui non uiderunt &
crediderunt· Ut igitur
huiuſ beatitudiniſ dilectiſ
ſimi capaceſ eſſe poſſimuſ·
Expletiſ omnibuſ quae euan
gelicae praedicationi & no
ui teſtamenti myſteriiſ con
gruebant· dnſ nr ihc xpc
quadrageſimo poſt reſurre
ctionem die coram diſcipu
liſ eleuatuſ in caelum· cor
poraliſ praeſentiae modum
fecit· manſuruſ in patriſ
dextera· donec tempora

multiplicandiſ eccleſiae
filiiſ · diuinituſ praeſtitu
ta peragantur · Et ad iudi
candum uiuoſ ac mortuoſ ·
in eadem carne in qua aſcen
dit adueniet · Quod itaq;
redemptoriſ nri conſpicu
um fuit · in ſacramenta
tranſiuit · Et ut fideſ excel
lentior eſſet ac firmior ·
uiſioni doctrina ſucceſſit ·
Cuiuſ auctoritatem ſuper
niſ illuminata radiiſ cre
dentium corda ſequerent ·
Hanc fidem aſcenſione dni
auctam · et ſci ſpſ munere
roboratam · non uincla · n
carcereſ · non exilia · non
fameſ · non igneſ aut lani
atuſ ferarum · nec exquiſi
ta perſequentium crude
litatibuſ ſupplicia terru
erunt · Pro hac fide per
uniuerſum mundum non
ſolum uiri ſed etiam feminae
nec tantum inpubeſ pueri
ſed etiam tenerae uirgineſ
uſq; ad effuſionem ſui ſangui
niſ decertarunt · Haec fi
deſ demonia eiecit · aegri
tudineſ depulit · mortuoſ
ſuſcitauit · Unde et ipſi be
ati apoſtoli qui tot miracu
liſ confirmati · tot ſermoni
buſ eruditi · atrocitatem
tamen dominicae paſſioniſ
expauerant · et ueritatem
reſurrectioniſ eiuſ non ſine
haeſitatione ſuſceperant ·
tantum de aſcenſione dni p
fecerunt · ut quicquid illiſ
priuſ intulerat metum · uer
teretur in gaudium · Totam
enim contemplationem ani
mi in diuinitatem ad patriſ
dexteram conſedentiſ ere
xerant · Nec iam corporeae
uiſioniſ tardabant obiectu ·

quo minuſ in id aciem mentiſ
intenderent · quod nec a pa
tre deſcendendo afuerat ·
nec a diſcipuliſ aſcendendo
diſceſſerat · Tunc igitur di
lectiſſimi filiuſ hominiſ di
filiuſ excellentiuſ ſacratiuſ
q· innotuit · Cum in pater
nae maieſtatiſ gloriam ſe
recepit · et ineffabili modo
coepit eſſe diuinitate prae
ſentior · qui factuſ eſt huma
nitate longinquior · Tunc
ad aequalem patri filium
eruditior fideſ greſſu coe
pit mentiſ accedere · et con
trectatione corporeae in
xpo ſubſtantiae qua patre
minor eſt non egere · Quo
glorificati corporiſ manen
te natura · eo fideſ credenti
um uocabatur · ubi non car
nali manu ſed ſpiritali in
tellectu par genitori uni
genituſ tangeretur · Hinc
illud eſt quod poſt reſur
rectionem ſuam dnſ cum
maria magdalenae perſo
nam eccleſiae gerenſ ad con
tactum ipſiuſ properaret
accedere dicit ei · Noli me
tangere · Nondum enim
aſcendi ad patrem meum ·
Hoc eſt nolo ut ad me corpo
raliter ueniaſ · nec ut me
ſenſu carniſ agnoſcaſ · ad
ſublimiora te differo · ma
iora tibi praeparo · Cum
ad patrem meum aſcendero
tunc me perfectiuſ ueriuſq·
palpabiſ · adpraehenſura
quod non tangiſ · et credi
tura quod non uideſ · Cũ
autem aſcendentem in cae
loſ dnm · ſequaceſ diſcipu
lorum oculi intenta ad
miratione ſuſpicerent · ad
ſtiterunt coram ipſiſ angeli

duo· mirabili ueſtium can
dore fulgenteſ qui et dixe
runt· Uiri galilei quid
ſtatiſ aſpicienteſ in caelū·
hic ihc qui aſſumptuſ eſt
a uobiſ· ſic ueniet quem
admodum uidiſtiſ eum
euntem in caelum· Quib·
uerbiſ omneſ ecclesiae filii
docebantur· ut xpc ihc
in eadem qua aſcenderat
carne· uenturuſ uiſibiliſ
crederetur· Nec poſſet
ambigi omnia illi eſſe
ſubiecta· cui ab ipſo cor
poreae natiuitatiſ exor
dio famulatuſ ſeruiſſet
angelicuſ· Sicut enim
concipiendum xpm̄ de ſco
ſpu beatae uirgini mariæ
angeluſ nuntiauit· ſic &
editum de uirgine uox cae
leſtium paſtoribuſ cecinit·
Sicut reſurrexiſſe a mortuiſ
ſupernorum nuntiorum teſti
monia prima docuerunt· ſic
ad iudicandum mundum in
ipſa carne uenturum angelo
rum officia declararunt·
Ut intellegeremuſ quantae
poteſtateſ ad futurae ſint
cum iudicaturo· cui tantae
miniſtrauerunt etiam iudi
cando· Exultemuſ itaq·
dilectiſſimi gaudio ſpirita
li· et digna apud dnm̄ grati
arum actione ratione lae
tanteſ· liberoſ cordiſ oculoſ
ad illam altitudinem in qua
xpc eſt erigamuſ· Surſum
uocatoſ animoſ deſideria
terrena non deprimant· ad
aeterna praelectoſ peritura
non occupent· uiam ueri
tatiſ ingreſſoſ fallaceſ ille
cebrae non retardent· &
ita a fidelibuſ haec tempo
ralia decurrantur· ut pere

grinari ſe in hac mundi
ualle cognoſcant. In qua
etiam ſi quaedam commoda
blandiuntur. non ample
ctenda nequiter ſed transe
unda ſunt fortiter. Ad hanc
enim deuotionem nos bea
tiſſimus apoſtolus petrus
incitat. et ſecundum illā
dilectionem quam paſcen
dis ouibus xpi. trina domi
nici amoris pfeſſione conce
pit obſecrans dicit. Kariſ
ſimi obſecro uos tamquam
aduenas et peregrinos ab
ſtinere uos a carnalibus deſi
deriis quae militant aduer
ſus animam. Cui aut̄ niſi
diabolo carnales militant
uoluptates. Qui animas
ad ſuperna tendentes cor
ruptibilium bonorum dele
ctationibus obligare. et ab
illis ſedibus de quib. ipſe ex
cidit gaudet abducere.
Contra cuius inſidias ſapienter
debet fidelis quiſq. uigilare
ut inimicum ſuum de eo quo
temptatur poſſit elidere.
Nihil eſt aut̄ ualidius dile
ctiſſimi contra diaboli doloſ
quam benignitas miſericor
diae et largitas karitatis.
per quam omne peccatum
aut declinatur aut uincitur.
Sed huius uirtutis ſublimitas
non prius apprachenditur.
quam illud quod ei eſt aduer
ſarium ſubruatur. Quid
autem tam inimicum miſe
ricordiae et operibus carita
tis quam auaritia. de cuius
radice omnium malorum
germen emergit. quae niſi
in ſuis fomitibus enecatur.
Neceſſe eſt ut in agro illius
cordis in quo huius mali
planta conualuit. ſpinae

potiuſ tribuliq; uitiorum
quam ullum uerae uirtutiſ
ſemen oriatur. Reſiſtam
ergo dilectiſſimi huic tam
peſtifero malo. et carita
tem ſine qua nulla uirtuſ
poteſt nitere ſectemur.
Ut p hanc qua ad noſ xpc de
ſcendit dilectioniſ uiam.
etiam noſ ad ipſum poſſi
muſ aſcendere. Cui eſt cũ
dõ patre et ſpũ ſcõ honor
et gloria in ſaecula am.

LECTIO SCI EUANGEL
SECUNDUM MARCU.

u IIII. IN ILLO TEMP. DIX
it ihc diſcipuliſ ſuiſ. Eunteſ
in uniuerſum mundum pre
dicate euangelium omni
creaturae. Qui crediderit
et baptizatuſ fuerit ſaluuſ
erit et reliqua.

OMEL LEC

EIUSDEM BEATI
GREGORII
PAPAE DE
ASCENSA
DNI.

QUOD
RESURRECTIONEM
dominicam diſcipuli tarde
crediderunt. non tam illo
rum infirmitaſ quam nra
ut ita dicam futura firmi
taſ fuit. Ipſa namq; reſur
rectio illiſ dubitantibuſ
per multa argumenta mon
ſtrata eſt. quae dum noſ
legenteſ agnoſcimuſ. quid
aliud quam de illorum du
bitatione ſolidamur.
Minuſ enim mihi maria ma
gdalenae praeſtitit quae
citiuſ credidit. quam tho
maſ qui diu dubitauit.